



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacrosancti Et Oecvmenici Concilii Tridentini, Pavlo III.  
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et  
Decreta**

**Tridentinum <1545-1563, Trient>**

**Coloniae, 1615**

Regvla III.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42415**

REGVLA III.

Versiones scriptorum etiam Ecclesiasticorum, quæ hæcenus editæ sunt a damnatis auctoribus, modo nihil contra sanam doctrinam contineant, permittuntur.

Librorum autem veteris testamenti versiones, viris tantum doctis, & pijs, iudicio Episcopi concedi poterunt: modo huiusmodi versionibus, tanquam elucidationibus vulgatæ editionis, ad intelligendam sacram scripturam, non autem tanquam sacro textu, vtantur.

Versiones verò noui testamenti, ab auctoribus primæ classis huius Indicis factæ, nemini concedantur, quia vtilitatis parum, periculi vero plurimum lectoribus ex earum lectione manare solet.

Si, quæ verò annotationes cum huiusmodi, quæ permittuntur versionibus, vel cum vulgata editione circumferuntur, expunctis locis suspectis à facultate Theologica alicuius Vniuersitatis Catholicæ, aut Inquisitione generali, permitti eisdem poterunt, quibus & versiones.

Quibus conditionibus totum volumen Bibliorum, quod vulgo Biblia Vatabli dicitur, aut partes eius, concedi Viris pijs, & doctis poterunt.

Ex Biblijs verò Isidori Clarij Brixiani prologus, & prologomena præcidantur:

eius